



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.13. S. Ludovici exequiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

civili bello, suafore, ut ajebant, Henrico <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
 necati. Hunc in templo S. Laurentii di- <sup>A. C. 1271.</sup>  
 vino præsentem sacrificio Guido vindi-  
 ctam spirans ex improvise pugionis icti-  
 bus peremit nec loci vel fontibus præ-  
 bentis perfugium, nec temporis sacri (ver-  
 num jejunium tunc colebatur) nec cru-  
 cis, quam alter peregrinantium more ge-  
 rebat; rationem ducens. Dein ad He-  
 truriæ Comitem socerum confugit suum.  
 At illa res consecutiones habuit.

§. XIII.

*S. Ludovici exequiæ.*

**R**ex Philippus Parisios delatus, quas se-  
 cum attulerat, sandapilas Regii pa-  
 rentis sui, Comitis Niverini sui fratris, ac  
 Reginae Isabellæ conjugis suæ Consen-  
 tiæ in Calabria mortuæ ossa continentes  
 in templum Dominæ Nostræ portari jus-  
 sit. Per noctem totam chori plures offi-  
 cium pro illis grandia plurimaque inter  
 luminaria alternis decantabant. Poste-  
 ro die Veneris ante Pentecosten 22 Maji  
 sandapilæ Dionysiopolim deferebantur.  
 Omnes Religiosi Parisienses instructo or-  
 dine præibant: sequebatur Rex cum ma-  
 gno Procerum Præfulumque numero, &  
 ingente populi multitudine: nemo non  
 incedebat pedes: atque Rex sui patris  
 N n 4                      ossa

p. 465.

Sæcul XIII.  
A.C. 1271.

p. 526.

p. 475.

ossa humeris gestabat. Dionysiani monachi ferreis induti trabeis, ac suum quisque cereum tenentes manu, canentesque mille passus obviam ierant. Sed cum ad ædem sacram ventum est, oclufæ erant portæ ob Archiepiscopum Senonensem ac Episcopum Parisinum, qui pontificio insignes cultu aderant. Nam monachi metuebant, ne Præsules, si sic ornati templum intrarent, ex hoc actu publico consecutiones deducerent plenæ ipsorum immunitati noxias. Igitur extra fines jurisdictionis Abbatiae egredi debabant, & pontificia ornamenta deponere, Rege interim omnibus cum Proceribus Præsulibusque foris expectante. Matthæum Abbatem Dionysianum modo regnum administrasse meminere. Reclusæ demum portæ, comitatus funeris ingressus templum, cantatum pro vita functis officium, res divina solenni peracta ritu, sancti Regis reliquiae prope ossa Ludovici patris, avique Philippi Augusti positæ sunt in sepulchro saxeo, cui deinde obductus fuit exquisiti operis tumulus auro argentoque magnifice decorus: ubi multa mox miracula fiebant Abbatis Dionysiani jussu fideliter conscripta.